



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum  
Libri quinque**

**Coster, Franciscus**

**Antverpiæ, 1587**

2 Remedia contra iurandi consuetudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

certo certius post mortem ventura sunt, nō fa-  
cile ad errores declinaret; sed veram retineret

*Hebr. ii.* Romanam Catholicam fidem, si qua im-  
possibile est placere Deo.

## CAPUT III.

REMEDIA CONTRA IV-  
*randi consuetudinem.*

*Mat. 12.* PRIMO considerare, si de omni verbo  
Potio sit ratio reddenda in die iudicij,  
quanto magis de iuramento, per quod ir-  
rogatur insignis iniuria Deo, cūm ad quasvis  
nugas vocatur in testem. Sicut enim vir gra-  
uus, si ad nugas pueriles testis adhiberetur, ex-  
istimaret honoris sui non haberi rationem: ita  
Deus meritò indignatur, quoties rem quam-  
libet leuem sui nominis compellatione videt  
comprobari, quod sanctum est, terribile &  
adorandum.

2. Cogitare, quod in frequenti iuramento sit  
grauē pérículum periurij. Qui namque iura-  
mentis assuevit, subinde per malam cōsuetu-  
dinem, etiā ea, quę falsa sunt, iuramento con-  
*Chrysost.* firmat. Omne autem periurium est mortale  
*hom. 8. ad* peccatum, adducens mortem æternam. Idem  
*pop. Ant.* etiam quandoq. iuramento promittit, cuius  
*Mat. 14.* postea pœnitet: sicut Herodi contigit, qui ne  
iusurandū violaret, dedit saltatrici caput Io-  
annis Baptistæ.

*Hom. 7.* 3. Perpendere, quod nihil utilitatis ex mala  
*ad pop.* ista cōsuetudine oriatur. Quia (vt ait B. Chry-  
*Ant.* softomus) frequenter iuranti minus credi so-  
let,

let, etiam si seriò iuret. Et lögè facilius est, rem sine iuramento confirmare, quām sacramen-  
tu m tam leviter adhibere. Dēmon solus iura-  
mentis oblectatur, quōd per ea videat nomen  
sacratum Dei prophanari.

4. Ex diuinis vltionibus, quæ iurates & di-  
uinum nomen blasphemantes sequutæ fre-  
quenter fuerunt, metum assumere. Nam Le-  
uitici 24. Blasphemus iubetur lapidibus ob-  
rui: & nota est historia B. Gregorij, de puerο Lib. 4.  
dialog.  
cap. 18.

5. Si seriò quis statuit hanc prauam iuran-  
di consuetudinem deponere, proponat in se-  
ptimanas aut menses aliquot, certam aliquam  
eleēmosynam pauperibus erogare, pro quolibet  
iuramento, in quod lapsus fuerit: atque ne  
istius rei obliuiscatur, curet se à familiaribus  
moneri, quoties iurasse aduerretur. Si pauper  
sit, aliam sibi pœnam imponat. Ita D. Chry- Homil. 5.  
sostomus: Ego te, inquit, quendā docebo mo-  
dum, quē si tenuelis, superabis omniuo. Cūm  
videris te ipsum, vel alium quemquam vel ser-  
uorum vel filiorum, vel vxorem hoc malo ca-  
ptos, & continuè commonefactos neq. corre-  
ctos: iube non pransos cubare, & hanc tibi-  
que & illis damnationem impone, damnationem  
non damnum, sed lucrum ferentem.